

SKOKLOSTER-
SAMLINGEN

E : 8805

Skokloster samlingen

E 8805

P R O M P T V A R I V M

S T A T V T O R V M

omnium et Constitutionum

R E G N I P O L O N I A E

ad usum domesticum

P A V L I S C Z E R B I C

Conscriptum

I N S E X P A R T E S D I G E S T V M

P A R S I De iure Personarum.

2. De rebus Pub. et Privatis.

3. De iudicijs.

4. De delictis.

5. De bello et re militari.

6. De Ducatibus Regni.

C V M I N D I C E

Rerum et verborum copiosissimo singula-

ri eiusdem P A V L I S C Z E R B I C

studio et diligentia elaborato.

M. D. XC.

S

PRIMAE PARTIS CAPITA

S

1. De Rege.
2. De Interregno.
3. De Comitibus.
4. De Statutis et Constitutionibus.
5. De Spiritualibus.
6. De Senatoribus et Dignitarijs Regni, nec non officialibus curia^s.
7. De officialibus Curiarum.
8. De Capitaneis.
9. De Nobilibus.
10. De Civitatibus.
11. De Stultetis.
12. De Kmetonibus.
13. De Seruis.
14. De Vagis et Mendicis.
15. De Judæis.

SECUNDAE PARTIS CAPITA

1. De rebus fisci et bonis Regalibus.
2. De Salis fodinis.
3. De Vijs publicis et Poduodis.
4. De Fluminibus.
5. De Vectigalibus et Teloneis.
6. De Moneta.
7. De Contributionibus.
8. De fudorum Nobilium libertate.
9. De patria potestate.
10. De Testamentis.
11. De Tutoribus.
12. De Diuisione inter fratres et familia herciseunda.
13. De statu mulierum et iure dotali.
14. De Contractibus, debitis et obligationibus.
15. De Fideiussionibus.
16. De possessione et Praesumptionibus.

TERTIAE PARTIS CAPITA

1. De iudicijs Comitibus.
2. De iudicijs Post Curiam.
3. De iudicijs Terrestribus.
4. De iudicijs Allodialibus.
5. De iudicijs Tribunalis Regni.
6. De iudicijs Commissariis et honorum Regalium limitibus.
7. De iudicijs finium regumdomum.
8. De iudicijs Pastrensibus.
9. De iudiciorum et conuentuum securitate.
10. De Processu iuris antiquo.
11. De Processu iuris nouo. Dilationibus et iure deliberandi.
12. De Exceptionibus.
13. De suscipiendis recognitionibus et Actis.
14. De Procuratoribus.
15. De foro competenti.
16. De citationibus.
17. De Ministerialibus.
18. De Inhibitionibus.
19. De Probationibus et Transactionibus.
20. De Appellationibus.
21. De re iudicata eiusq. executione.
22. De salario et taxa rescriptorum.

QVARTÆ PARTIS CAPITA.

1. De violentijs, tam in civitatibus quam in vjjs commissis.
2. De Domus invasione.
3. De raptoribus.
4. De Pulneribus.
5. De Homicidijs.
6. De Proscriptis et infamibus.
7. De Prædis et furtis.
8. De falsarijs et salummiatoribus.
9. De Incendiarijs.
10. De Violenta expulsionem et turbata possessione.
11. De Iniurijs, damnis et inuentis.
12. De Abigeis, et si quadrupes pauperiem fecerit.
13. De feris animalibus, Venationibus et apisterijs.
14. De Saluo conductu.
15. De Hæreticis.
16. De Rebellibus.

QVINTÆ PARTIS CAPITA

1. De bello, expeditionibus et disciplina militari.

SEXTÆ PARTIS CAPITA.

1. De Magno Ducatu Lithuania.
2. De Ducatu Russia.
3. De Ducatu Prussia.
4. De Ducatu Masovia.
5. De Ducatu Oswicimien^e et Zatorien^e.
6. De Ducatu Kionien^e.
7. De Terra Belzen^e.
8. De Terra Podlachia.
9. De Terra Wolhinia.
10. De Terris Lituonia.

INDEX CAPITVM

A.

Abigeis et si quadrupes pauperiem fecerit.

Actis et recognitionibus.

Animalibus feris venationibus et apibus.

Appellationibus.

B.

Bello, expeditionibus et disciplina militari.

Bonis Regalibus.

C.

Capitaneis.

Citationibus.

Ciuitatibus.

Comitijs Regni.

Contractibus, debitis et obligationibus.

Contributionibus.

D.

Dignitarijs Senatoribus et officialibus Curia.

Diuisione inter fratres.

Ducatu Lithuaniae.

Ducatu Russiae.

Ducatu Prussiae.

Ducatu Masouiae.

Ducatu Oswiecimien et Zatorien.

Ducatu Kijowien.

INDEX
E.
Exceptionibus.

F.
Falsarijs et Calumniatoribus.
Feris, animalibus, Venationibus et apibus.
Fideiussoribus.

Fluminibus publicis.

Foro competenti.

Fundorum Nobilium libertate.

H.
Hæreticis.

Homicidijs.

I.
Incendiarijs.

Inhibitionibus.

Iniurijs, damnis et inuentis.

Interregno.

Judeis.

Judicijs Comitibus.

Judicijs post Curiam.

Judicijs Terrestribus.

Judicijs Colloquialibus.

Judicijs Tribunalis Regni.

Judicijs Commissariatibus.

Judicijs finium Regnorum.

Judicijs Castren.

Judiciorum et conventuum securitate.

K.
Kmetibus.

M.
Ministerialibus.

Moneta.

Militib.

N.
Nobilibus.

Officialibus.

O.
Patria potestate.

P.
Podwodis.

Possessione et prescriptionibus.

Prædis ac furtis.

Probationibus et transactionibus.

Processu juris antiquo.

Processu juris novo.

Pupillis et Tutoribus.

R.
Raptoribus.

Rebellibus.

Re iudicata.

Rebus fisci.

Rege.

S.
Salario et taxa rescriptorum.

Salinis Fodinis.

Saluo Conductu.

Scultetis.

Seruis.

Spiritualibus.

Statutis et Constitutionibus.

Statu mulierum et iure dotali.

Suscipiendis Recognitionibus et Actis.

T.
Terra Belzen.

Terra Podlacia.

Terra Wolhymia.

Terris Liuonia.

Testamentis.

V
Vagis, Mendicis, Inqamis.
Vectigalibus et Teloneis.
Vjs publicis.
Violenta expulsiōe.
Violentijs.
Vulneribus.

NOTÆ SIGNIFICANT.

- L. Statutum Joannis Laski
- S. Statutum Sigismundi Primi.
- P. Statutum Jacobi Prilusij.
- H. Statutum Joannis Herborti Latinum.
- HP. Statutum eiusdem Polonicum.
- C. Constitutiones Regni.

STATV TORVM

omnium & Constitutionum
REGNI POLONIAE
ad vsum domesticum
PAVLI SCZEBIC
conscriptj,

PARS PRIMA

DE IVRE PERSONARVM

CAPVT PRIMVM

De Rege.

Sicut vnus Rex, ita quōq; vna lex in Regno debet esse.

L. 32. 42. 52.
P. 12. H. 139. H. 438.

Qui coram Rege extracto gladio aliquem vulnerat, sine gratia
puniat. Si absq; vulnere gladium extrahit, in gratia Regis con-
sistat. Idem fiet, si coram Capitaneo factum fuerit.

L. 39. H. 303.
P. 22. H. 10.

A.

Kas. Wisl. 1366.
Eum sub vno.
Frag. ad her. 1422.
Prætorica.
Fidem in Judl. 1433.
Item pollicem.

Kas. Wisl. 1366.
In sup. statum.

Ibidem.
Kas. Nic. 1454. Item publicetur.
Kas. in Nic. 1454. Inprimis igitur.
Kas. ij. in Nic. 1454. Item promittitur.
Alex. Pot. 1504. Nos de immato. Stephang. 1576. Corona Kro. Luska.
Sigis. 1539. Gm. Luska. M. H. Sigis. 1588. De Crim. 1588.

In Curia vero Regis res minutas furatus, auriis periculo subdit.

L. 79. P. 22.
H. 103. H. 10.

Rex terras aliquas ingrediens cum Capitaneis ius dicat.

L. 93. P. 207.
H. 223. H. 31.

Rex neminem captiuabit, nec cuiquam bona recipiet, nisi sit iure victus.

L. 92. P. 45.
H. 223. H. 209.

Rex differentias omnes inter Status Spirituales et seculares componat.

L. 93. P. 78.
H. 252.

Regias Coronas Tesaurarius Regni Cracouiae adseruet.

P. 22.
L. 7.

Sub clauibus Castellani Crac. Palatinorum, Cracouien., Po. suamien., Wilnen., Sandomirien., Lalisien., Trocan., quae non aperiunt, nisi omnium consensu, absens ex iusta causa clauem mittat, defuncti vero sigillum et claustrum per reliquos aperiat.

C. 149.

Crimen laesa Maiestatis non nisi in persona Regia committitur.

P. 22.
H. 70. H. 9.

Hoc est, Machinatione, conspiratione, violento conatu facto ipso in vitam Regiam. Cuius criminis suspectus uix Nobilis debet ab Instigatore cum scitu Regni supremi Marschali ad conuentum citari. Citatio debet sex septimanis ante terminum poni. Relatio eius positio in Acta Cas. Trin. illius loci inscribatur, in quam citatio ipsa inseratur, atque eadem citatio in conuenticulo illius districtus immotetur, ut per Ministerialem publicetur. Citatus peremptorie compareat. Rex post auditam causam ipse e Senatu discedat, eamque Senatoribus et Nuncijs relinquat. Qui ubi concordēs in unam sententiam iuerint, feratur decretum pro Rege praesente ex praescripto per Marschalem. Si uero concordēs non fuerint, maior pars concludat. Ad hoc iudicium pertinere debent ex Nuncijs octo persona, qui iuxta sententias dicant, et sententia illorum inter Senatorum

C. 22.

sen:

sententias numerentur. Delator Instigatori adsit, qui et Plebeius esse potest. Quod si probationes manifestae et notoriae non fuerint, vel sententia minus pars fuerint, citatus prior sit ad euadendum. Complex. cui scilicet criminis, ubi contra illum sufficienter probatum fuerit, ad similem poenam condemnatur. Citatio non nisi viginti persona, tam in Comitibus, quam in Iudicio assistant, inter quos et amici et serui computentur. Procurator citatio datur, si eo opus habuerit, cui dilatio ad deliberandum ad diem tertiam concedatur, si eam petierit. Quod si citatus iniuste accusetur, delator Nobilis poena calumniae, torum iuxta Const. Anni 1565. Plebeius uero poena capitis puniatur. Ubi autem citatus per iuramentum eludit, poena isti non subiacet delator. Tali causa non protrahantur per Instigatorem, alioquin citatus in elusione condemnabit, nisi ipse citatus dilatione uera infirmitatis negotium differat, quae sola in his causis admittatur. Provocti etiam ad scrutinium poterit, si opus fuerit. Idem prouidetur seruetur contra perduellis, et contra eos qui in Rempub. peccant; in quibus causis Rex et Senatus assidebit, et maiori parti sententiarum adhaerebit. Quod si in his causis perduellium delator non reperitur, ipse Instigator cum scitu Marschali agat, hoc iudicium sufficientia habeat.

A ij

4. PARTISI

Steph. Grad. 1576.
A'iz na malzenstwie
Rex invito Senatu uxorem non ducat, neque sine iustis
causis diuortia quaerat

P. 21.
C. 149

Augus. Pet. 1548.
Ne Rex Senator
Rex absq' Senatu nihil statuat.

P. 23.

Aug. Pet. 1550.
A'naprosod
Rex non nisi liberè electus Coronetur.

P. 22. C. 2.
H. 8.

Et kas. 1471 + 50.
quantu ad Coronationi
Faq' ab Archiepiscopo et Episcopis, qui ad ea pertinent.

August. Pet. 1550.
Tom przijsad, domich.
Penas iudicialiter acquisitas, Rex nemini conferat.

C. 2. H. 180. H. 508
L. 48. 52. P. 242.

Aug. 1422 et 1423.

Poenas quidem iudiciales iuxta Divius
Legis tenorem Rex conferre nemini, bo:
na tamen, qua ex commissu Regi debentur,
Rex Nobilibus conferre potest, iuxta
duas leges Petricovias Anno 1562.
latas, quarum altera titulo. o karamie
wziscimpuib; altera, Dobra na Krota
Fe. M. prziपाली, inscribitur et con.
tinentur in Constitutionibus Regni
folijs, illa 14, haec 15. Ad quod etiam
pertinet Lex Ann. 1576. (Grae lata,
fol. 162. sub titulo. o dobeard
Juris caducij.

Kas. kral. 1368.
ut itaq;
Pena XIIij Marcarum Regi debetur in casibus Incendij

L. 15. P. 215. 610.
560. 664.
H. 114. H. 203

Dispersiones via, Violationes iudicij, et derogata cautionis

Prunus 1573.
Mogrosod, Jadrugo
Rex sine vlla disuembratione eligatur, et iuris se articulos
de dissidentibus in Religione, et non euocatione Nobiliu'
extra Regnum etiam solutione quinq' Marcar. servaturu.

C. 120

Fidem 1576.
Radj Corvme.
Rex titulo haeredis amplius non utatur.

C. 147.

5. CAPVT I

Steph. 1576.
A'iz sprawac.
Absq' Senatu in causis Regni personam et dignitatem
Regiam, Legationes, Bella, expeditiones concernen' Rex
nihil statuat, saluis ijs qua ad sonuentum pertinent. Le.
gationes tamen, qua Reimpub. non tangunt, poterit cum
Senatu Regni expedire.

C. 147.

Fidem
Gramie forsm.
Rex limites Regni suo sumptu defendat, salva quarta.

Fidem

Fidem
Czyslo fectojto
Rex vota Senatorum conciliet, et ei parti adhaereat,
qua ad leges et libertates Regni proximè accedet.

C. 148.

Fidem
Obiecmiemi to
Rex sigillo annulari in causis Reipub. non utatur.

Fidem

Fidem
L. 48. obiecmiemi to
Allegationes juris externi Rex non admittat.

Fidem

Allegationes iuris externi Rex non ad-
mittit. Mirum est, quorsum haec lex
spectat. Si enim id sancitum e' a spiritu
Statutorum Regni, ut in illorum locum
iura externa non succedant, nisi qd
ad id necessitas esset, qui in casibus iure
nro capisse deseruit potius ad exte-
na iura inclinet. In casibus vero in
iure nro non decisit, nonne stant
etiam haec lege necessitate impellimur ut
iura externa audiamus, ut in capto de gra:
libus successione, vel nihil vel satis per-
plexi' legibus nris cautum est, pra ut
cum ad haereditatem collateralis, et sub
patruu, amicia, vocantur in iquiru.
dis ijs, qui gradu sunt proximioris ex

jure nostro nihil omnino responderi
 valeamus, ut vix aliquem causidicum
 aperias, qui distinctionem linearum ascen-
 dentis descendens, et collateralis intelli-
 gat, nisi qui forte jus civile viderint
 audierint. Vix tantum talia decidun-
 tur, qui tamen usus, quam sit ex absur-
 dis potius quam iustis et rationabilibus
 causis introductus, nemo est, qui non
 videat. Ex quo enim jure id petitum
 est, ut in testato, et nullos successoris
 in descendenti et ascendenti linea
 relinquenti potius succedat filius vel
 filia patrum, quam est in quarto gradu
 quam ipse patruus, qui est in tertio
 gradu. Tertio vix risum continebam
 cum audirem causidicos de hac successio-
 ne in iudicijs disputantes, qui patrum
 ascendente, filiam vero eius descen-
 dentem dicebant, cum uterque respectu
 defuncti ascendat, sed sit collateralis.
 Si etiam hac Lex ad fvs
 Maydeburgen quo civitatis de
 qui utuntur, referretur, et quod
 dum jure proprio recte uti volunt,
 hoc idem observare necesse est.
 Si quid etiam ipso jure Maydeburgen
 cantum habeat et ut nihilominus ad leges
 Sarravas cum recurrant cum jure Sar-
 xonicis id de quo disputatio suscipitur
 locum non est.

Steph. 1576.
 Articulus de
 obedientia

Articulus de non prestanda Regi obedientia, ubi con-
 tra leges peccaret, ita intelligi debet, ut id cum demum
 fiat, cum Rex temere, sciens volens peccaverit, neque
 Senatus admonitionibus suis quicquam proficeret.

C. 161.

Steph. 1576.
 Confessio na pro-
 rogatio

Rex prerogationem cessionis Reginalis M^{ris} bono-
 rum omnium mobilium et immobilium approbat, et
 in resignationem per eandem faciendam posteaquam
 illi fuerit ab ordinibus satisfactum consentit.

C. 162.

De hac reformatione habet infra Parte. Cap. i.

Sig. Cris. 1588.
 Di. fadis

Rex pacta et foedera cum externis renouet, neque de ijs
 tum et de Legationibus audiendis et expediendis, absque
 Senatoribus in curia presentibus quicquam statuat.

C. 24.

Sig. Wars. 1589.
 Transactio

Transactio cum Austriacis Archiducibus facta appro-
 batur, et ad confirmandam eandem in eamdem personam, ar-
 bitra ex toto Reipub. corpore deputantur.

C. 4.

A iij

CAPVT SECVNDVM

De Interregno

Ex Privilegijs
Præl. Lib. 1401.

Si Rex sine prole decedat: Poloni sine Lithuanis Re-
gem ne eligant, et e' converso.

L. 129. 131. 126.
P. 17. H. 89. H. 9.

Sub Interregno ex Tesoro nihil rapiatur, sub poena frau-
dis et peculatus.

Ex Tesoro nihil rapiatur. ut cup-
perem quidem ut etia de illis cau-
tum fuisset, qui sub Interregno bona
Regalia invadunt, nam et hoc rapine
a quo paratur, ad quos si lex hoc no per-
tinet, ut pertinet est aliquam declarand.

In Radomskis
1582.

Post mortem Ludovici Regis Nobiles promittunt filia
eius fidelitatem et obedientiam. Contra eum vero, qui iu-
ra Regni labi factaret, omnes insurgunt Ecclesiaq; et
fines Regni ab externis defendere debent.

P. 6. 18. H. 8812.

Post mortem Regis Augusti cautum est, ne quis cuiquam
sit iniurius, alioquin in eius destructionem oēs consur-
gere debent iuxta Confederationem Anni 1438. contra
Hæreticos factam.

Wars. 1573. Tandem alia confederatione cautum est, ut Rex sine
dismembratione eligatur, ut iuret electus dissidentibus
de Religione pacem, ut non educat Nobiles extra fines
ne quis privatim electiones indicat, vel facta contrave-
niat, ut propter religionem nemo quicquam patiat, sal-
vis Magistratibus. Compositis inter stat, ut fine sor-
ciatur in conventu iudicia ut fiant, ad inscriptionem
citatus respondeat. Inscriptiones et resignationes
valeant, bona libere redimantur. Euntis ad Electione
secreti sint.

C. 120.

Steph. Jan. 1576. Acta eius Interregni approbata et confirmata sunt.
Interregni.

Anno 1596.

Post mortem Regis Stephani iterum ad similes confæ-
derationes recurritur, et iudicia ultima instat, sin-
guli Palatinatus instituntur, de quibus postea in con-
vocatione Warscoviens Leges latae, et multa alia san-
cita sunt, quae tamen non omnia, ut vix aliqua effectum
suum sortita sunt; Successit demum Electionis conventus
quem subsequitur conventus ad Wislicia, ubi Electio
Regis Sigismundi Tertij confirmatur, de quibus omnibus
extant litera Universales, partim Typis excusae, partim
manu scriptae et ad singulos Palatinatus et Ter-
rarum Acta Castrensia relata.

C. 185.

Aug. Pet. 1550.
Sci. 3a Suiswigo

Comitia et conventus particulares temporibus et locis in Statuto descriptis instituuntur et edicantur.

P. 24. H. 51
H. 11. C. 2.

Sci. 1a Poziatow
Aug. Warsz. 1563
Sci. 1a 1581.
Sci. 1a Haliczki.

Conventus particularis Haliciens institutus octo diebus ante Wisnen

H. 257.
C. 45.

Aug. 1a Pet. 1565.
Sci. 1a Poziatow

Senatores Regni tam spirituales quam seculares in conventibus particularibus adsint, postulata districtuum unum cum Nobilitate committent, atque ad conventus generales in qualibet Regni parte celebrari solitos referant ut ibidem a Nobilitate correcta, tandem in Comitibus Regni rite proponantur.

H. 257.
C. 45.

Aug. Pet. 1567.
Qordawami Gospod.

In conventibus particularibus et iudicijs Capitaneis hospicia pro cuiusque dignitate distribuatur.

H. 260.
C. 45.

Aug. Pet. 1567.
Sci. 1a Dobzinski.

Conventus Terra Dobzinen in Lipno celebrari solitus, approbatur.

H. 258.
C. 76.

Aug. Lub. 1569.
Aliejsze Scimom.

Comitia Warschonia celebrantur, nisi quid obsit. Conventus vero particulares ita per Capitaneos publicentur, ut duabus vel tribus septimanis ante tempus prefixum ad noticiam hominum perveniat.

H. 11.
C. 109.

Idem
Sci. 1a Poziatow

Conventus particularis instituitur Rawa.

H. 258. C. 109.

Idem
Sci. 1a Hris

Conventus in Prossowicze quadriduo ante Korzinum celebratur.

C. 110.

Sci. 1a 1576.
Sci. 1a Gostinski

Conventus particulares, Gostinen et Sobaczowien instituti.

C. 163.

Sci. 1a 1576.
Sci. 1a Valmi.

Comitia non nisi biennio instituuntur, nisi necessitas secus suadeat, neque diutius sex septimanis celebretur. Conventus vero particulares sicut in Regno in Kalo et Korzin, ita in Litvania et Wolkozisko pramittantur, in quibus Rex suas necessitates proponat.

C. 148.

Sci. 1a Warsz. 1578.
Sci. 1a Scimom.

Comitia Regni ipso die inbris specificato a propone incipiant.

C. 186. Aliud statutum in Comitibus anni 1591.

Sci. 1a 1588.
Sci. 1a Mictanowiceni

In convocationibus nihil statuatur, quod ad Comitibus ferat, sineat, sub vitio nullitatis.

C. 24.

Sci. 1a Warsz. 1599.
Sci. 1a Dazawia

Nuncij terrestres in conventu Electionis deputatorum Nobilitati referant, quod in Comitibus actum est.

C. 19.

CAPVT QVARTVM

De Statutis et Constitutionibus

Kaz. Hist. 1568.
Sci. 1a Probenio

Statuta Regni Kazimirus Magnus condidit et promulgavit primus.

L. 7. 8. P. 39.

Idem Kaz. Hist. 1568.
Sci. 1a Cum omnia

Statuta et constitutiones nona non pterita, sed presentia tantum et futura respiciant.

L. 8. P. 44.
H. 6. H. 23.

Si verba istius legis spectis, de solis Constitutionibus Kazimirianis Wislicien Anni 1388. facta est, sed et alias iustis, simum est, ut leges nona sicut ab eo tempore quo nascuntur vires acquirunt.

ita ea non afficiant, qua ante lege facta
sunt, ut in exemplo Constitutione Anni
1581. Venera in duplo taxata sunt, qui
exgo ante annum 1581. vltius intulit, hac
lege merito no tenetur. Sicut tñ Leges
nonnullae qua aliquando expressè præterita
aut abrogant aut emendant, talis neces-
sario etiam in præteritis vni sua dabit
Miram autem habet hac lex consuetudine
Ita enim concludit. Leges futura respiciat
et præterita. Ergo 2co no comparati
Actor causam lucratur.

Petr. 1447. in
Prohemio.

Kasimirus tertius ex communi consensu statuta condidit. L. 99 P. 39.

Kas. in Nissava 1454
Item pollicemur.
Alex. Rad. 1503.
Quoniam iura
Sigis. Pet. 1538.
Constitutiones novas.
Cra. 1539/1540.

Constitutiones non nisi in consensu, idq cum communi om-
nium consensu fiant. L. 95. P. 40.
H. 61. H. 24.
L. 115. S. b. 1.
P. 4. 2. 44.
H. 61. H. 24.

Ex Privilegio
Petr. 1496.

Statuta sua Joannes Albertus in Comitibus decernit perpe-
tuo valitura. L. 92. 96. 110.
H. 261. H. 14.

Ex Privilegio
Alex. Pet. 1504.

Statuta Regni per Joannem Laski edita, per Regem
Alexandrum de communi consensu approbantur. L. 67. 112. 119.
120. P. 40. 41.
H. 262. 263.
H. 16. 17.

Alex. Rad. 1503.
No vero p ignorantia
Sigis. Cra. 1507.
In exordio.

Constitutiones nouae neminem afficiant, nisi publi-
cantur. S. 1. L. 115. P. 45.
H. 61. H. 24.

Sig. Cra. 1507.
Ceterum in fine.

Sigismundus Rex cum consensu ordinis statuta sua
condidit. S. 1.

Sigis. Budy. 1520.
Universitas confirm
Cra. 1532.
Et in antea.
Quoniam aut

Statuta Regni conferant et corrigant certae personae per
Regem et per Nobilitatem ex singulis Palatibus designan-
Ad quam correcturam Palatini consuetudines suar, Terza,
num conferant. S. 25. et A. ij. P. 78.
591. H. 263. 264.

Correctura istius extat aliquot excus-
plaria typis excussa, sed quo facti e-
re neglecta vel contempta sit, nescimus.

Sigis. Cra. 1543.
Statuta posteriora.

Statuta Regni posteriora observentur, donec conciliatio
correctura Statutorum perficiatur. P. 592. H. 264.

Aug. Pet. 1550.
Cinnacis dolsicz.

Statutum Anni 1543. in robore reservatur ad proximum
Conuentum, donec de jure communi aliqua melius Resp. decernat. C. 4.

Originalis istius Statuti in fine id ex-
pressè habent, q. ois eig anni 1543.
Constitutionis Amalix Amtaxat erant,
ideoq etiam si Constitutionis anni 1550.
satis ambiguis verbis aliqua ex parte
prærogata sunt, et postea nihil eo noie
autum contineat, sed per sanctum unde,
tionum illis appositam antiquata esse
videntur, sunt vero tales, ut paucis
exemplis merito transsum deberent.

Statut Podolski
Aug. Piot. 1562.
polskiob Statuta

Statuta Regni Polonia conscribantur. C. 16.

Aug. Wars. 1563.
Præbendis Statuta

Ad transferenda Statuta Regni e' Latino in Polonicum desi-
gnatur Castellanus Lublincen' Kijozski Canonicus Cra.
et Joannes Herbortbus. C. 20.

Aug. Pet. 1565.
Statut Polski.

Eandem solus Joannes Herbortbus ad idem perficiend' designatur. C. 48.

Steph 1576.
Tabl. obiczniemi.

Allegationes Legum externarum non admittantur.

C. 148.

Sig. Fra. 1588.
8 Constitutiach.

Constitutiones Regni in Comitibus facta per Senatores et Nuntios subscribantur, et in Intia Regia legantur, et cum omniu consensu expresso sigillentur.

C. 24.

Sig. Fra. 1589.
8 Misztanowieni

In Convocationibus nihil statuatur, quod ad Comitibus per- tineat, sub vitio nullitatis.

C. 24.

Sig. War. 1589.
Corzietura

Ad protectionem Juris Terrestris institutionem brevis pro- cessus ad inscriptiones, qui exceptiones et dilaciones suffluis excluderet, nec non ad conscribendu modum executionis rei iudicata deputantur certae personae, tam Spirituales quam Seculares ex singulis Palatinatibus, qui ad festu Scti Martini proximum Lublimum conveniant. Salaria vero illis Nobilitas de suo in Conventibus Electiojs Deputa- torum Tribunalis Regni provideat.

C. 16.

CAPVT QVINTVM.

De Spiritualibus et Decimis.

Kas. Wisl. 1568
Insuper statum.

Coram Archiepiscopo, si quis gladium striderit sive vulnerave- rit, siue non, quatuordecim, si vero turpia verba dixerit, trium Marcarum poena puniatur.

L. 79 P. 98.
H. 272. H. 17.

Kas. Wisl. 1579
Cum excitata.

Jaroslans Archieps Gnesnen differentias inter Rege Kasimi- rum et Bodzencam Epim Frae, ita arbitrario iudicio composuit.

L. 53 P. 113.
H. 72 H. 179.

Pro raptu

Ve raptor Decimae praeclialis monitione pmissa excommunicetur et eius villa subacti, ubi doiq per sex menses excommuni- cationem toleraverit. Vicor quoq absente marito decima ra- piens, excommunicatio nibus ad satisfaciendu compellatur.

Ibidem

Praterca

Propter Presbyterum captum, vulneratum, velocissim, tale- sta interdicto subiciatur, donec malefactor Ep'o presentetur, vel incola iurent, se illum comprehendere non potuisse, tunc vero, interdicto sublato, malefactor proscribatur et excommunicetur.

L. 54 P. 98.
H. 252. H. 160.

De quicumq

Dominus villa si decimam emere vult, id faciat, ante fe- stum Sancti Jacobi.

L. 54 P. 113.
H. 73. H. 140.

Utrumq

In campis et hortis ubicumq aratum fuerit, decima solvatur, exceptis rapis, capis, papaver, caulibus, allio &c. In hortis vico ubi quis ligoniansis planta verit, ad decima non tenet.

Ibidem

Nota hic differentiam apud Heberthum, in Latino et Polonico exemplari, qua nata est ex adyudicatione verbi In hortis, quod apud alios non ad illa seminata, sed ad ea qua sequuntur pertinet, quod facilius videtur, ubi exemplaria cotuleris. Vultis etia verbum ligoniansis translatum orzag, quon vultur esse proprie translatum.

Pro decima

Canapi ratione integri aratri quatuor, ratione medij duo ma- nipuli decima nomine exigantur. Qui autem non arat, a decima liber est.

Ibidem

Sig Interdicto

Interdictum civitati Frae, fact non afficit Kasimira et omnes.

L. 54 P. 130.
H. 122 H. 163.

Statuimus Excommunicato veniente in ecclesia, cassatur a divinis, quia eo recedente resumuntur. *Ibidem et L. 58.*

Interdictum triduanum, quod propter adventu excommunicati alias servabatur, abrogatur. Sententia tñ sedis Apostolica, iuxta suum tenorem satisfiat. *Ibidem et L. 58.*

1369. Bodrenta quoq' Epus praeuicn eodem anno de differn. tñs inter spirituales et seculares ita constituit.

In noie dñj Terza Lublincn Siveiechouien et Lukovien liberat, a decimis propter insultus Tartarorum ad 30 annos, saluis iuribus Monasteriorum. *L. 55. P. 114. H. 75. H. 141.*

Careri mandamus Decima iuxta morem antiquum exigant et solvant. Sculteti de quatuor mansis, propriis labor excultis, per quatuor scotos Pragen decima redie solvant. Si vero quid ultra quatuor mansos possident, vel si eosdē cupiam loca, verint, vendiderintve, decima instar aliorum solvant.

et in laboris Decimator in octava Sancti Jacobi decimas recipiat, alioquin in campo relinquantur.

in Novalibus. De Novalibus circa fines Russia et Ungaria 2aor singubrum mansorum, vnus fertō solvatur. Sculteti a quatuor mansis novalium per se excultis per 3. scotos, Si vero eos vendiderint, locaverintve, per vnum fertonem solvant.

De agris circa Dlugie Polie et Forstin versus Mislimige 6es scoti de quolibet manso solvantur.

quā pecuniam. Vtramq' hanc pecuniam Sculteti colligant, et ad Episcopum deferant.

Decemum. Cmtionem si quis removerit, et ipse agrum eius coluerit, decimam solvat.

Præterea. In petitione decima si intercedat questio de Nobilitate, eam iudex spiritualis non iudicat, sed ad iudicē seculare remittat.

Domini statumy. De agris reus extirpatis decima ei debetur, qui eam de antiquis agris recipiebat.

Insuper volumy. Contributiones abrogantur, sed quod vltro offertur, accipiat. *L. 37. H. 47.*

Prohibemus. Archidiaconus et alij Pralati, dum visitant, modum euectionum non excedant, neque subditos depactent. Prætorum quoq' ecclesiarum pro sacrament nihil exigant, alioquin puniendi.

Item Bodz. Et ut diuini. Et Kaz. Hist. 1. 2. 6. 8. Cum iure suo. Clerici de bonis paternis ad expeditionem bellicam eant. Aut bona resignent, alioquin confiscabuntur. *L. 57. 10. P. 567. H. 560.*

Sigis. Petr. 1538. Visum est. Aug. Petr. 1550. Gys. gory. ludi. Probent tamen in conventu libertatem ab expeditione suorum Scultetorum. *S. C. J. P. 667. H. 249. H. 343. C. 3.*

Aug. Petr. 1562. Absolutum vovim. Quod tamen negotium reiectum est ad revisionem literarum. *H. 344. C. 10.*

Id. Bodz. et ut diuini. Præterea. Ecclesiam per Patromon prouisam et dotatam, Episcopus confirmabit et fundabit. *L. 57. P. 122. H. 219.*

Badr. Quid etiam. Contributio profabrica ecclesie (sal spiritualibz) remittitur. *L. 57. P. 108.*

Id. Idetiam. Parochia propter vnum excommunicatum non debet multari. *L. 58. P. 134. H. 157.*

Statutum Tabelliones non nisi a Privilegio per sex grossos Pragen, pro citationibus unum grossum, pro contumacia duos, pro aggravationibus sex grossos itidem Pragen exigant, sub poena excommunicationis.

L. 58. P. 174. H. 255.

De raptu decima, idem quod supra in arbitratione Jaroslaj. Itidem et de Præsbytericidiis, et de tempore decima emenda, de decimisq; hortorum et campi, et de interdictis.

L. 57.

Ex Privilegio Scholam Pracovien REX Jagello erigit.

P. 154. H. 380.

Papa Urbanus confirmat, Theologiam tamen doceri vetat, quam postea Bonifacius permittit, Synodus Petricovien devertit, et Episcopi per 300 florenos in usum Academia conferant.

H. 244.

Ex Privilegio Jag: 1401. Scholares ab omnibus pensionibus liberantur. Soram nemine, præter Rectorem respondeant, Compensorem Judæum unum habeant, qui illis super pignora pecuniã det, usuraq; nullo unum grossum à singulis Marcis quolibet Mense exigat.

P. 162. H. 244. H. 380.

Domus pro collegio designatur.

Jag. in Jul. 1433. Primo quidem. Templã et dignitates tam Ecclesiasticã, quam Seculares, circa jura et libertates suas conservantur. Non nisi Nobilibus indigenis conferantur. Expectativa non dabantur.

L. 50. P. 93. H. 279. H. 126.

Ex Privilegio Jag: (rat.) 1458. Raptor, invasor, occupator et detentor decimarum, et bonorum Ecclesiasticorum, poenis et censuris secularibus subiciatur. Quod si excommunicationes ultra annum sustinuerit, bona ipsius Capitaneus apprehendat, donec iniuriam passosatisfiat. Capitanei

L. 66. P. 129. H. 75. H. 345.

Verò in premissis negligent, itidem censuris Ecclesiasticis friantur. Ecclesia Gnesnensis præponitur (rat. Cardinalibus & Legionones ne ambiantur, sine consensu Regis et consiliariorum, Cardinalis tamen pro illa vice alternatim cum Archiepiscopo vocati, in Senatum veniebant.

P. 54. H. 35. H. 127.

Kaz. Pet. 1451. Ex Privilegio.

Differentias inter Status Spiritualem et Secularem Rex componat.

L. 93. P. 78. H. 252. H. 10. C. 120. 159. 185. 216.

Kaz. Div. 1454. Jag. promittit. Confædero Anni 1573. Art. 30 de p. 10. Styp. 1576. A. 13. v. 16. Jag. 1578. Inko sad. H. maia. Jag. 1581. Osi. sig. 10. maia.

Ex Privilegio 1460.

Conventus Lublinensis Abbatem electum Regi præsentet, neque Episcopus Parnanien ad eum consecrandum procedat, nisi Equam Rex in eum consenserit.

L. 74. 75. P. 145. H. 1. H. 150.

Alb. Pet. 1496. W. quamvis. Vorum n. quid. Alex. Rad. 1505. Ad Ecclesias. Syp. (rat.) 1510. Ad Alledus. Sigis. Pet. 1539. Aug. Pet. 1550. Pomerus.

Ad maiores Ecclesias Nobiles ex utroque parente nobili geniti recipiantur. Ex plebis vero non nisi Doctores, unus Juris prudentia, alter Theologus, tertius Medicus suscipiantur.

L. 100. P. 66. H. 57. H. 129. S. 17. 61. C. 3.

Scop. (rat.) 1576. Alb. v. straxiani.

Item et de Ecclesijs Russia.

C. 163.

Alb. Pet. 1496. Et similiter. Alex. Rad. 1505. Et nunquam.

Beneficia juris Patronatus Regij et in cælarum Regni, nemo impetret, alias poena confiscationis bonor et prescriptionis et ipse et amici, consanguineiq; punientur.

L. 101. 117. 119. P. 96. H. 140. H. 131.

Amici et consanguinei, sic nã videt

cur puniantur, nisi forti auxilio, vel
patrociniis Cortesannum invenerint, quod
tamen expresse erat adjuvandum.

Alb. P. 1436. Inhibitiones Spiritualium ad Secularia iudicia, non dentur,
data nullius sunt valoris, nisi in causis merè spiritualibus.

L. 108. P. 125.
H. 117.

Statuti Dni Joannis. Juxta Statutum Lutkensis Episcopi Præconicæ quilibet beneficiatus
sive curatus, sive non, si primis tribus mensibus, anni decedat,
quarta, si secundis, media, si tertijs, tertia (relicta seminatione)
pars proventuum ad illum pertinet. Si vero id ultimis tribus mensi-
bus contigerit omnes proventus anni illius integri illi debentur.

L. 85. P. 118.
H. 9. H. 149.

Alex. Rad. 1505.
Quamvis.
Sig. Fra. 1570.
Concordiam.
P. 119.
Ut ordo debet.

Spirituales ne evocentur secularis, ad iudicium spirituale,
in causis illi iudicio non competentibus.

L. 57. 117. P. 125.
603. S. II. 21.
H. 9. 253. H. 447.

Alex. Rad. 1505.
Spiritualis.

Causa Spiritualium pro limitibus, (metone fugitius, caede,
vulneribus in iudicio Terrestri iudicentur.

L. 117. P. 125.
H. 253. H. 159.

Sub Alex.

Decisiones et discursus Nicolai Lotfii super Statuto,
Ecclesie Gnesnensis, quod disponit, ut ij, qui decimas, et
alia bona Ecclesiastica, personasve rapiunt, invadunt,
occupant, pigrorant etc. nisi trieno satisfecerint, ipso
facto in sententiam excommunicationis incurrant.

L. 63. P. 134.
H. 255.

Sig. Fra. 1570.
Ambiguicatis.

Jus Patronatus nisi expresse inscribatur, juri Regis re-
servatum esse censetur.

P. 96. S. 15.
H. 140. H. 157.

Sig. P. 1511.
By. Iniquum.
C. 1533.
D. Abbatibus.

Ad Monasteria Regni etiam Poloni non tantum Germani
suscipiantur, nisi obstant Privilegia specialia.

P. 146. 147. S. 19
H. 2. H. 152. 153.

Sig. P. 1519.
Gravissimè.

Moniales intra viginti annos bona hereditaria repetant.

S. 23. P. 150.
H. 161. H. 155.

Sig. Fra. 1527.
Statutum etiam.

Moniales in bona paterna et materna, ita succedant, ut
ea alienare non possint, atq; dimidio censuum à consanguini-
neis sint contenta, quoad vixerint. Quod si fuerint,
bona exigua, et sine ullis proventibus, Episcopus pensionem
constituat. Propinquus vero si pensionem nominali
retinuerit, atq; eo nomine per tres menses excommuni-
cationem sustinerit, usum fructuum bonorum amittat.

S. a. S. P. 149.
H. 161. H. 154.

Sig. Fra. 1532.
Cum magna pars.

Loci ordinarij in conferendis beneficijs, sex menses liberos vi-
cissim cum sede Apostolica habent, in quibus nulla reserva-
tiones, accessus, regressus, et coadiutoria ex Curia Romana im-
pediant. Si vero quis contra hoc Privilegium ququam peraverit
susceperitve, confiscationis et privationis omnium bonorum
et beneficiorum, nec non proscriptionis poena puniatur.

S. b. ij. P. 92.
H. 250. H. 132.

Sig. P. 1538.
Statuta,
quod si
Catharum quia

Statuta de Plebeis ad Ecclesias Cathedralis non suscipiendis
et de Cortesanis executioni tradantur. Cortesanus negotium
alicui exhibens, nisi in termino liti cesserit, et expensas solve-
rit, poena proscriptionis, infamiae et confiscationis bonorum puniatur,
omnes vero Cortesani sub poena exilij ad sacerdotia redeant.

S. b. j. b. ij. P. 94.
H. 159. 186. H. 135.

Sig. Fra. 1540.
Ad petitionem.

Redire autem debent infra sex menses sub eisdem poenis.

P. 94. H. 69. H. 136.

Sig. Fra. 1558.
o. Birkupstraw

Statuta de Cortesanis approbantur, et in vim perpetua legis
cavetur, ne quis Episcopatus in derogationem juris Regii,
impetret, alioquin impetratio irrita sit et inanis.

C. 40.

Sig. 1538.
Fecunditib.
Arg. 1550.
Ab. nadania

Abbatibus et Praepositi ex Nobilibus creentur, in defectu vero

S. a. 4. P. 147.
H. 2. H. 152. C.

Nobilium, plebei eligantur, modo sint Poloni.

Sig. fac. 1588.
Opracztwa.

Post mortem Abbatis vel Praepositi Regularis, loci ordinarij, bonum ordinem Monasteriorum curent, proventus in potestate Monachorum relictis. Electionem vero epi mortis Abbatis defuncti Regi significata, quamprimum indicant, de eoque cum Rege communicant, et consuetudinem veterem observent. Et, cum competenter Regi significant, eumq; a Rege presentatum instituunt. Quod si quisquam in contrarium Abbatiam invadat, poenis in Cortesanos Constitutionibus annorum 1538. et 1540. sancitis subijciatur, itaq; in Conventione generali ad cuiuscumq; instantiam.

C. 40.

Sig. fac. 1588.
Petitionibus.

Spiritualis ne se negotijs secularibus immisceant, neve officia Notariorum et Vice Notariorum gerant; Castrenses tamen Notarij esse et in Regis praesentia sententia dicere possunt.

S. b. 4. P. 5. 6.
H. 252. H. 30.

Sig. fac. 1545.
Dobrych zimoc

Annatae ne dentur amplius Romam, sed in defensione Reip. conventantur.

P. 109. H. 8.

Aug. Pet. 1567.
Annati.
Lublini 1569.
Amati.

Aequae in thesaurum inferantur, sub poena duplicis amatae.

C. 76/106/153/

Sept. 1575.
Amati.

Ex ecclesijs et canonijs capiendi sunt nocturni, segetum, fundorum, vel agrorum dampnatores, viarum obsessores, et praedones et ecclesiarum violatores.

P. 108.

Sig. fac. 1543.
L. 1543.

Ad iudicium Spruale. pertinent causa fidei, haereses, Schismata, blasphemia, apostasia, pro decimis, de sacramentis, beneficijs, sacrilegijs, Simonia, fornicibus, Praebytericijs, de ijs qui

P. 126. H. 259.
H. 156.

Sig. fac. 1543.
L. 1543.

ad ecclesias confugiunt (exceptis tamen nocturnis dampnatoribus, in segetibus, fundis vel agris, siccarijs, dispercussorib; itineris, furibus publice proclamatis, vel ter notatis, mandarijs, et violatoribus ecclesiasticae libertatis.) tum de incantationib; magijs, censibus Ecclesiasticis perpetuis et temporalibus, redemptionibus, ecclesiarum dotationibus, Posuiatne dictis, Demde ad iudicium Spruale pertinent persona misera et derelicta, cae il legitima ex inscriptionibus in iure Spruali factis. Iuris patronatum, Plebanatum, altarium, Praebendarum, Sacristiarum, decortiorum, vel dotium inter personas separatas.

Aug. Pet. 1550.
A. 1526.

Expectativa, solida iuris patronatus penitus abrogantur.

P. 84. H. 92.
H. 138. C. 3.

Aug. 1550.
A. pomeras.

Abbat, scholas Nobilium puerorum in suis Monasterijs instituunt.

P. 148. H. 2.
H. 153. C. 5.

Aug. Ann. 1557.
A. skarbi.

Thesauros ecclesiarum Episcopi in bonis Regalibus cum Capitaneis seu Temutarijs, in bonis vero Nobilium cum Collatoribus conscribant.

H. 279. H. 149.
C. 6.

Nota hic differentia in verbo Collatoribus apud Herbordum in latina additione, qui Collatores in notatino plurali in corprataus est.

Aug. Pet. 1562.
o miedo pusejimu

Absus in non admittendis excommunicatis ad iudicia tollantur.

H. 154. C. 17.

Aug. 1562.
o Skalacs.

Rese admonabit Spruales, ut scholas fac, Poznan et Pol. tovien reforment et restituant.

H. 786. C. 17.

C.

Confederatio Nobilitatis
Poloniae sub anno 1573.
1573. Warsa.
Actus processus populi
Steph. Crac. 1576.
Actus Wisnei.

Propter diversitatem Religionis, nemo seditiones excitet, alterumve in bonis, honore, carceribus, exilio mulcet, quod si quis id facere praesumat, reliqui omnes id prohibeant, etiam si id praetextu alicuius decreti aut processus faciat.

C. 120. 159.

Steph. Rom. 1578.
Fako Sądzijs maia

Negotium de decimis ex bonis hereditarijs Nobilium (sal. ut iure cuiuslibet) translatum ad compositionem in proximo conventu perficiendum.

C. 185.

Steph. Wars. 1581.
O 27ie sijnajach.

Executio decretorum de decimis ex bonis hereditarijs, suspenditur ad conventum proxime futurum, in quo compositio perfici debet.

C. 2. 16.

Sig. Crac. 1588.
O do braco Kos, 2 ulnich.

Bona ecclesiastica, tam Romani, quam Graeci ritus, ne alienentur, et alienationes nihil valeant, quae in Privilegijs causas iustas et condiciones Ecclesia illi utiles probabilius specificis et authenticis expressis non habent, et in quas consensus, quorum interest non accessit. Alioquin bona recuperari semper per successores possunt, quo nomine iudicio terri agendum est; Possessores tamen ad vitam suam usum fructum concedere possunt, citra praesudicium Ecclesiae, et onerum de jure illis incumben derogationem.

C. 4.

Bona hereditaria per Nicolaum Christopherum Raszivil, Castellani Troceni Collegio Societatis Jesu Wisnien collata cum villis ad illa pertinentibus a contributionibus et Stationibus militum liberantur, et libertatibus ecclesiasticis ascribuntur.

CAPVT SEXTVM

De Dignitarijs Senatoribusque Regni et Officialibus Curia Palatinis Castellanis, Cancellarijs, Marsalibus, Tesaurarijs, Secretarijs Referendarijs.

Lod. Cas. 1574.
Sig. Prommi King.

Magistratus, dignitates, officia, castra et civitates cum Jurisdictione non nisi terzigenis conferantur. Alia vero licet a Regi conferre cui voluit.

L. 41. 92. P. 174.
H. 78. H. 165.

Ex Privilegio
Fag. in Ind. 1433.
Laz. Niesl. 1454.
Firmen indigent

Dignitates Ecclesiasticae et Politicae Regni circa jura Privilegijs libertates conservantur, nec auferantur, neque mutentur, neque cuiquam extraneis praeter Nobilitatem in illa terra possessionatum conferantur.

L. 50. P. 175.
H. 77. H. 166.
C. 24. 176.

Aug. Pet. 1550.
Dofstic spou.
Is Sean Riczork
Steph. Crac. 1576.
Vrsedi

Littera expectativa super dignitate non dantur possessio, nes et Salaria earum non suffocentur. Nulli Duci, vel ex Ducali genere descendenti castra fortalitia et civitates committantur.

Fag. 1433.
Nam Spoudemg.

Institutionarius nullibi in Regno constitutur, neque surrogetur.

L. 5. P. 183.
H. 140. H. 589.

Prad. Pet. 1503.
Pranini dnoyrum
Alex. Rad. 1505.
Inmittent.

Dignitates et officia indigenis possessionatis conferantur.

L. 111. 119.
S. 6. 22. B. 2.

C. ij

Sig. Pal. 1507.
Cum nota et antiqui
Sig. Pal. 1519. 607
Sig. Pal. 1538. Prætoria

aliqui investito non parcat, et Rex contra iura,
mentionem facturum esse.

P. 176.
H. 78. H. 167. 169.

Alex. Rad. 1505.
Cum essent.

Dignitarij et officiales sint possessionati, et satisficiant
officijs sub pœna privationis.

L. 119. P. 177.
H. 80. H. 172.

Sig. Pal. 1510.
Equitatum

Impossessionato si dignitas promittis data fuerit, infra
dimidium annum possessionem acquirat, sub pœna privationis.

S. 10. P. 177.
H. 79. H. 169.

Sig. Pal. 1532.
S. b. J.

Proventus omnes Dignitarijs et officialibus exsolvantur.

S. b. J.

Sig. Pal. 1507.
Lib. v. m. v. s.

Rex admonet Dignitarios et officiales, ut officijs suis
satisficiant.

S. a. 3

Sig. Pal. 1532.
In petitione.

Dignitates et capitaneatus eiusdem loci sunt incompatibi-
lia, neq; extraneis conferantur, sed indigenis, veram
hereditariam possessionem ibidem habentibus, alioquin ta-
lis in conventionem nonitur, nisi officium resignaverit, in
famis esto.

S. b. 2. P. 178.
H. 79. H. 168.

Sig. Pal. 1538.
Nulli deinceps
quæ dignitates
Satisficiendo.

Alienigenæ à dignitatibus excludantur, neque eas ambi-
ant, sub pœna confiscationis et infamie.

S. b. 3. b. 4. P. 179.
H. 79. H. 194.

Sig. Pal. 1538.
Ad evitandas

Dignitarij et officiales veras non fictas habeant pos-
siones.

S. b. 2. P. 179.
H. 79. H. 168.

Aug. Pal. 1562.
Officialibus
Dignitarijs

Statutum de possessione dignitariorum ita intelligi debet, ut
quilibet Dignitarius sit saltem in illo Palatinatu possessionat
non in Districtu. Exceptis Palatinatibus, Russia, Masovia,
Rauen et terra Wielunien, ibi officiales in districtu debet
esse possessionati, exceptis Palatinis, quem sufficit, in quocumq;

H. 169. C. 13

Aug. Wars. 1563.
Officialibus
Dignitarijs

Districtu sui Palatinatus esse possessionatum.

Dignitarij et officiales possessiones veras in illa terra habe-
ant, antequam dignitas sit vacua, alioquin ad quodcumq; ve-
Judicium seu officium totiens quotiens citatus fuerit, pœna
ducentarum Marcarum luat sine appelland et officium dederat.

H. 168.
C. 20.

Idem Pal. 1563.
Ad evitandas

Duos Capitaneatus cum Jurisdictione nemo ambiat, sub pœna
confiscationis omnium bonorum et 200 Marcarum, exceptis
modernis possessoribus.

H. 168. C. 13

Libenter scim unde isti solvet pœna
nim 200 Marcarum, siquid em
Confiscatio omni conplectitur.

Idem Pal. 1563.
Negligentia

Negligentes Dignitarij et Officiales, qui tunc presentes erant,
absoluti sunt, reliqui citati in conventu respondeant

H. 171. C. 44.

Steph. 1576.
C. 148. 159.

In quibuslibet Comitibus sedecim Senatores deputentur, qui
semper Regi adsint, quolibet dimidio anni quatuor, unus ex
Episcopis, unus ex Palatinis, duo Castellani, Senatores
Russia, dum Regi adsunt, quingentis florenis contententur.

C. 148. 159.

Sig. Pal. 1588.
o pagranis.

Senatores juramento addunt, quod in iudicio iuste
sententiam sunt dicturi.

C. 40.

Kas. h. 13. 1368.
Item et Palatini

Palatini certum numerum iudicium habeant. Palatinus
Graec. et Sandomirien unus singuli sint contenti.

L. 11. P. 156.
H. 174. H. 174.

Idem ibidem
Cum alijs.

A sententia Palatini appellans, pelliceas mustellinas det,
eius vero Cameraris redargutus sex scotas.

L. 26. P. 156.
H. 171. H. 174.
L. 32.

C. 11

Kas. Niz. 1454. Palatini et Castellani in Capitaneos eligi non possunt, prater Capitaneum Cracovien.

L. 92. P. 175. H. 175. H. 170.

Aug. Pet. 1562. Neq' Palatinus, neq' Castellanus potest simul gerere Capitaneatum et officium Torrestre illius Districtus, cuius est Palatinus aut Castellanus, excepto Palatinatu Castellanatu, et Capitaneatu Cracovien.

H. 168. C. 14.

Hac lex quoad Castellanos vix abusum aliquem no habet, Vixim enim multos Castellanos in eisdem Palatinatibus Capitaneatus gerent ita ut vix aliquem Castellanus reparias, qui Capitaneus no sit.

Sig. Sac. 1510. Palatinus officijs suis satisficiant sub poena 100 Marcarum et videant ne iudicia intermittantur.

S. 9. P. 257. H. 176. H. 171.

De Palatinis p'ia rebus imposituris vide infra cap: 12. de iurisdictionibus.

Kas. Niz. 1366. Castellanus pal. Sandominien et alij in certis locis iudicia celebrent sub poena nullitatis

L. 12. P. 193. H. 35. H. 183.

Kas. Niz. 1366. Castellani eorumq' iudices sine certo Actore, non iudicent, neq' citationes dent.

L. 14. P. 193. H. 35. H. 184.

Idem. Castellans Cracovien redarguto debetur pellicia Hor. melina. Castellans Sandominien et Lublunen Mustellina, merarijs dignitariorum sex scoti. Iudicibus Castellana, noram melina marca, reliquis Castellans sex scoti debentur. Iudicibus vero eorum pelles agnellina.

L. 28. P. 193. H. 36. H. 184.

Idem. Castellanos Iudices olim pro capite iudicabant.

L. 11. P. 194. H. 36. H. 183.

Idem. De Homicidiis incerto Castellania non agat.

L. 22. P. 194. H. 36. H. 183.

Sig. Sac. 1510. Castellani in bello milites ordinent, et sine damno ducant, atq' pretia rebus imponant.

S. 9. 25. 29. 6. 2. P. 195. H. 76. H. 185.

Aug. Pet. 1562. Castellanus in Burgrabium Cracovien eligi non debet.

H. 168. C. 14.

Kas. in Niz. 1454. Marschalcatus, cancellariatus, et Vicecancellariatus de quibuscumq' terris hominibus conferatur.

L. 93. P. 181. H. 173. H. 187.

Alx. Pet. 1504. Marschalci sint coronariarum et Curia Magistri. Aulicos conscribant, solvant, diligentes et negligentes sciunt, carceant, hospites excipiant, malos puniant, formalia exigant, pretia rebus imponant. Absente Marschalcus Regni. Marschalcus Curia officium administrat.

L. 112. P. 197. H. 153. H. 187.

Aug. Pet. 1565. Marschalcus et Thesaurarius dignitates et officia simul non teneant, exceptis modernis.

H. 171. C. 44.

Alx. Pet. 1504. Cancellarius et Vicecancellarius Archiepiscopatus, Episcopatus, Praelaturas, Dignitates et beneficia expectent.

L. 113. P. 181. H. 31. H. 193.

Idem. Cancellarius et Vicecancellarius adeptis Episcopatu Gnesnen, Crac. Wladislavien, Pornamien, Warmen, Plocen, vel Sacularis Palatinatu aut Castellannatu aliquo, cedere officio cancellariatus tenetur.

Idem.

Sig. Cal. 1507. Petrus d. In Cancellariatu vel Vicecancellariatu Regni, alter sit spi- ritualis, alter secularis.

S. 4. P. 181. H. 32. H. 194.

Sig. Pet. 1507. Rex promoveat promeritorum cuiusq; ratione. Et illa iuxta Statuta Regni tribuat.

S. 6. 12. P. 182. H. 31. H. 193.

Sig. Cal. 1540. Dignitates et officia Cancellarij's conferantur.

Ex originali.

Sed hac lex ad proximi con- ventum duntaxat erat duratura.

Alex. Pet. 1504. Cancellarij' lras iuri contrarias ne dent. Iuri autem contra- ria consentur, Inhibitiones absque necessitate Reipub. latae. Commissiones, nisi gram uerum diuisionis inter fratres vel de consensu partium et liberaones ab expeditione billica.

L. 113. P. 201. H. 31. H. 194.

Aug. Pet. 1562. Cancellarius et Vicecancellarius literas alienationis bono- rum Regalium ne extradat sub priuatione officij.

H. 53. C. 13.

Alex. Pet. 1504. Thesaurarius Coronas et Thesuros Regni asseruet, senten- tiam dicat, accepti et expensi rationes teneat. Magister Monetarum sit, expeditionis et rationis. Stipendia ve- rum Curensium, aliorumq; Regi seruientium, et Debi- ta Regia notet. In absentia Thesaurarij Regni, Vice-

L. 114. P. 199. H. 278. H. 190.

Aug. Pet. 1562. Thesaurarius unus eius obeat.

Thesaurarius post mortem Temitarij bona Regalia prou- deat, et cui concessa fuerint, ab eo rationes exigat, iuxta Inventarios. Rex gratiam alicui factuz, ex suo id fa- ciat. Thesaurarius quoq; in Conventu rationem reddat.

H. 190. C. 13.

Aug. Pet. 1563. Thesaurum nouo Thesaurario per quatuor Dignitatos tra- datur; qui Regestrum totius Thesauri conscribant, atq; unum Regi, aliud Thesaurario dent, tertium ipsi asseruent.

H. 191. C. 21

Alex. Pet. 1504. Secretarius unus sit, qui ad secreta Cancellaria admit- tatur, et Pralaturas, Dignitates beneficia expectet, atq; Cancellarij's succedat.

L. 113. P. 181. H. 239. H. 32.

Sig. Cal. 1507. In Curia sint duo Jurisperiti, alter spiritualis, alto secu- laris, qui querelas ac preces supplicum audiant, officia, libusq; Cancellaria arbitrio Regis, iure tamen deciden- das referant, eorum vero officia ad Iudicum Terrium officij's diuersa sunt.

S. 5. P. 57. H. 221. H. 31.

Sig. Pet. 1538. Referendarj' Iudicum officia ne invadant, sed tan- tum circa Regem causas audiant.

S. 6. 3. P. 58. H. 221. H. 31.

Aug. Pet. 1560. Referendarj' causas Teutonicas audiant, easque cum Iudicibus Cancellarij's referant.

P. 58. H. 222. H. 31. C.

CAPVT SEPTIMVM

De Officialibus Terrarum pitta Succamerarijs, Tri- bumis et Burggrabijs.

Kas. 1368.
De Statu

Succamerario Sracouien' dum Zupparium visitat, debetur
stamen panni Macblicher' aut decem marca. Is autem
Zuppas nunquam intret, sed ad hospicium descendat, cui sectoris
vnam mensuram auena, octo pullos, sexagenam famis,
medim quartale carminum bouinarum, et potum offerant.
Nullum hominem ad Zuppas pertinere iudicet. Equum
quoq; nullum praeter Camerarij in Zuppis constituat.
Consules vero Wielicien' et Bochnen' eligat, et iuxta
eorum iura iudicet.

L. 81. P. 401
H. 234. H.

Aug. 1565.
P. Kom. No. Jan. 1565.

Succamerarius Terra Rosanen' datur.

H. 234. C. 57.

Sig. Aug. Lub. 1569.
Dok. Kom. 1569.

Succamerarius ad officium suum non iuret. Siquidem
fide, honore et conscientia est oneratus. Camerarij
tamen et iuratus sit et possessionatus.

H. 234. C. 109.

Sig. Crac. 1588.
Obieram. 1588.

Judicij Terrestris Officiales antiquo more eligantur. Electio
in postcessum vel decessum eorum in sex septimanis,
Palatinus conventum indicat, hoc negligente Palatino, po-
ficiat Castellanus. Eodem modo Succamerarij eligantur,
qui ex nunc, possessorib; modernis exceptis, iurati esse de-
bet. Conventus vero eiusmodi tam seueri sint, sicut con-
ventus, qui in electione iudicum Tribunalis Regni, fi-
unt. Formulam autem iuramenti Succamerialis ha-
bit in ipsa constitutione.

C. 28.

Sig. Crac. 1588.
Dok. Kom. 1588.

Terris Nuren', Ostrouien' et Cameneien' Succamerarij
ex electione datur, post cessum vel decessum moderni.
Succamerarius quid iuris habet in limitibus conglitu-
endis, habet patet 2. Cap. 17.

C. 54.

Sig. Pet. 1538.
De Statu

Tribunatus noui post mortem modernoru possessorum
abrogantur, antiqui vero bene meritis tribuantur.

L. 163. S. b. 3.
H. 254. H. 234.

Aug. Pet. 1560.
H. 1375.

Tribunatus omnes post annum 1538. constituti, et ij qui
Castris carent, abrogantur, antiqui vero, et qui castra ha-
bent, benemeritis iuxta statutum tribuantur.

